



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

**VD18 13723553**

Scholæ.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

De Pœnitentiæ autem Sacramento jam dictum est verbo Absolutio, & verbo Confessarius.

Vide verbo Eucharistia. §. 2. & 3. & verbo Absolutio. §. 1.

De extrema Unctione quoad familiares, vide verbo Extrema Unctio, & verbo Familiares: qua quoad reliquos poterit etiam, in necessitate tamen, & sine præjudicio, administrari. Baptismus autem in necessitate omnibus, quod jus commune habet. Matrimonium vero nulli, nisi in Provinciis illis, in quibus necessitatis causâ id à Generali Præposito permissum fuerit.



## SCHOLÆ.

### §. I.

Facultas docendi, etiam in locis Universitatum.



Præceptores Societatis, tam qui litteras humaniores, quàm qui liberales artes, ac Theologiam docent, etiam in locis ubi sunt Universitates, lectiones suas publicè legere in Nostri Collegiis possunt, dummodo per duas horas mane, & per unam horam post meridiem cum lectionibus Universitatum non concurrant. Pius

V.

V pag. 33. Quin verò satis erit, per unam horam de mane, & alteram de sero non concurrere cum Universitatum Lectoribus, qui id postulaverint. Gregorius XIII. pag. 61.

*Provinciales hac facultate uti poterunt : cum Universitatibus tamen prudenter agant.*

## §. 2.

*Facultas audiendi.*

Omnes Scholastici hujusmodi lectiones audire possunt, & alias Scholasticas exercitationes in Nostris Collegiis frequentare. Pius V. pag. 35.

## §. 3.

*Nostris promoveri poterunt ad gradus.*

Quicumque Scholastici in Nostris Collegiis Philosophiæ aut Theologiæ auditores fuerint, in quavis Universitate ad gradus admitti possunt : & Cursuum, quos in prædictis Collegiis confecerint, ratio habeatur ; ita, ut si in examine sufficientes inventi fuerint, non minùs, sed pariformiter, ac si in Universitatibus ipsis studuissent, ad gradus quoscumque admitti possint, & debeant. Idem p. 35.

## §. 4.

*Excommunicantur molestare audentes, &c.*


*Distictius inhibetur Rectoribus Universita-*

sitatum, & aliis quibuscumque, sub excommunicationis infligendæ poena, nè Collegiorum Nostrorum Rectores, aut Scholares in præmissis per Pium V. concessis, quovis quæsito colore molestare audeant. Ibidē,



## SCHOLASTICI.

Vide, quæ dicuntur præcedenti verbo *Scholæ.* & verbo *Gradus.*



## SCRUPULI.

§. I.

*Potestas in rebus dubiis ad scrupulos tollendos.*



Ræpositus Ceneralis, ac Provinciales, adhibito, si res magni momenti fuerint, aliquotum Patrum consilio, in rebus dubiis & scrupulis conscientias subditorum tangentibus, auctoritate Apostolicâ determinare possunt in foro conscientia, ac eorum determinationi subditi securâ conscientia possint ac debeant stare. Concessit Leo x. Minoribus, per signaturam: ut in Bull. Regul. inter ejus Oracula. n. 14.

*Ut hoc auctoritate Apostolicâ possint facere, faci-*